





~~H. Roman - 2 - total - Inc 36~~


1-7-9

H. 160 (Inc. #36)

Copy of ... 12.

Cajon del est. 12.

[Faint, illegible handwriting in blue ink]



Inclyti Ferdinandi Regis uita et laudes
a Iohāne Phillippo de Lignamine Mesa
nensi ad Sixtum Quartū Pon. Max.

D. don fernando Rey de Sicilia

Nimaduerti sepe mecum Beatissime
pater omnis quicumq; uel poete uel hi
storiographi uirorū illustriū summoꝝq;
Ducū Principum et Imperatorum uitas et pre
clara gesta scripsere: hoc alios qdē beniuolentia
et gratitudine adductos uel magis coactos fe
cisse. Ut scilicet in eos non ingrati essent quos
de se totiens bñmeritos cognouissent. Sic inq;
Lucanus operi suo Cęsaris gesta inseruit: Sic
Horatius Mecenate laudauit: Sic Maro Pol
lionem Mecenatem et augustū cecinit: quorū
ope et auxilio amissos agros recuperauit: pditā
libertatē inuenit. Cui antea nec spes libertatis
erat nec cura peculli. Sic postremo xenophon
Cyri regis ωαιδίαυ id est pueritiam historie
cōmendauit. Alios autem non tam beniuolētię
et gratitudinis ratio q̄ posteritatis cōmodū et
utilitas ad scribēdū cōmouit: dū iuxta platonis
sententiam non sibi tantum natos sese nouerūt:
sed et patrię amicis et posteris. Quo in genere
apud grecos Polybius Iosephus: Herodotus:



Thucydides Plutarchus Diogenes Eusebius &
de poetis Homerus orpheus Euripides Sopho-
cles. Apud latinos uero Lilius Salustius cesar
Trogus Plinii duo Auunculus et nepos : aliq;
utrinq; plurimi et pene infiniti: quos omnis enu-
merare ociosum est. Me quoq; Beatissime pater
Sixte post cōsumatos et perfectos sanctitatis
tue libellos de Sanguine Christi & potentia dei
quodammodo desidē ac ociosum ut Ferdinādi
Regis inclyti Sicilię uitam et facta p̄clarissima
scribere aggrederer et imprimi mandarē p̄fate
rationes compulere. Sumus scilicet illius erga
me amor : meaq; in ipsum non impar obseruātia
Equum etiam erat ne tāti regis fama ī obscuro
esset : tantęq; uirtutes quāte in eo homine sunt
litu atq; ocio delitelcerēt: sed in lucem & clarū
alicuius opera labore et industria emergentes :
p̄sentibus et posteris instar speculi essent : in
quod inspicientes uitam moresq; suos formarēt
et instituerent. quod sane qui faceret: plurimi
enim fortasse iam fecerūt: melius amantius atq;
fidelius me nemo fuit. Ego enim meme una cū
ipso coęuum pene in regia cesareaq; domo sub
Alphonso patre nutritum educatumq; uerius
possum q̄ iactantius gloriari : ut uila magis q̄

audita referre possim. Incitauit etiam ad hoc
me tertia quedam causa: uidelicet Sanctitatis
tuę gratificatio. Ita enim mihi dū Cardinalis
adhuc esses Ferdinādi mei interdum facta nar/
ranti benignissimas aures prestare solitus eras:
ut tanq̃ Dido illa Phoenissa ab ore ęneę troianū
excidium narrātis penderes. Quo facile itelligi
potest: q̃ sit. s. t. futurū gratissimum illius facta
laudesq̃ historie monumentisq̃ cōmendari: quē
antea pene incognitum diligeres: nūc cognitū
et in proximā affinitatis partē receptū amares.
et coleres. Optime autem et foelicissime. S. T.
euenisse puto. B. pater: ut preclarissimam hanc
affinitatem cōtraheres: regieq̃ maiestatis esses
et assertor & fautor. Id enim ego pro mea exili
prudētia et experientia semper animaduerti
nescio quo fato quo ue numine: ut Ferdinādi
regis amicos et beniuolos leta et prospera for/
tuna semper attolleret: inimicos et maliuolos
infelix aduersaq̃ semper deprimeret: tanq̃ deus
optimus maximus id illi pollicitus sit: quod olim
Dauid regi uerbis huiusmodi. Amicis tuis ami/
cus: inimicis uero inimicus ero: odientesq̃ te in/
fugā conuertā. At desyderari a me atq̃ expeti
nolo eam seriē atq̃ ordinē: quē qui huiusmodi

scriptitant obseruare consueuerunt . Ea solum
attingere animus est: que in eo rege excellētiora
et memoratu digniora semper iudicauī : queq̃
illum ad maiestatem regiam sententia mea pro/
uexere : qualia sane hęc . Pietatem in deum :
obseruantia in parentes humanitatem in socios:
benignitatem in subditos : equitatem iustitiāq̃
in omnes. hi enim mores discipline atq̃ uirtutes
Alexandrū magnū totius orbis dominū reddi/
derunt . Cęsarem ad imperium prouexerunt :
Pompeiū tropheis innumeris ornauerūt . Primus
enim Macedo tāta fuit humanitate ac pietate:
ut dum gentes omnes imperator ille glorię au/
dissimus lustrat e suis militem tempestatis ui ac
turbinis fractum : et frigore nimio pene con/
sumptum & stupefactum illis ipse suis manibus
quibus Darii opes afflixerat eleuatum regia sella
composuerit : igne et calore exanime pene cor/
pus restaurauerit . Idem grauissima agritudine
detentus cum uicinam mortem grassantis ui/
morbi sentiret : incubitum ut poterat erectus :
dexteram omnibus qui eam uellent uel tāgere
uel osculari porrexit . Quo sane factum est ut
eo Duce et imperatore tot annis militare nemo
graue aut molestū duxerit . Sic cęsar huānitate

et pietate nimia generi mortem deplorauit: nec
ultionē potuit diutius aut differre aut dissimu-
lare. Sic Catonis neci et glorię inuidit: patrimo-
niūq; eius liberis ipsius omne seruauit incolume
Sic Marcellum hostem patrię reddidit: dū nō
ignorat id maximū esse uindictę genus. & posse
et uelle ignoscere. Et Pompeius præclarum
humanitatis specimen edidit: qui Tygranem
armenię regem Romani nominis hostem acer-
bissimum a se uictū superatūq; nequaquā supplicē
iacere passus est: sed suauissimis uerbis amicissi-
misq; potiusq; hostilibus eleuatum repositam
capiti corona quam abiecerat in pristinū regnū
statūq; restituit. Sed ne in caput præfatio mea
crescere uideatur hic finis esto. Ipsius iam regis
uitam audies. In quo quidem laudando homini
tantū tribuo quantū uideēt ea maiestas exigere
et promereri. Tantum concedo: quantum et
amor et ueritas cogunt.

Explicit prologus: Incipit Vita.

Atus inclytus Ferdinandus ciuitate
Valentia Alphōso patre haud dissimilē
se se paternis moribus præstitit. Statim

ut per etatem licuit potuitque ut ita dixerim
plantis consistere: pedagogo non solum erudito
uerum etiam optimo honestisque et regis moribus
ornato a parente traditur. Neque enim igno-
rabat rerum ille sapientissimus prudentissimusque
pueros natura tenacissimos esse earum rerum quas
rudibus annis imbiberint: uitiaque que semel in-
federint euelli difficilime. Audieratque Leonidem
Alexandri pedagogum eum uitis nonnullis imbuisse:
que quidem Regem maximum per omnem etatem
ab institutione illa puerili prosecuta fuerunt. Ac re-
igitur diligentemque curam in inueniendopedagogo
impenderat: scientieque et morum pariter rationem
habuerat. Platonis ut arbitror in hoc diuina sen-
tentia auctoritateque instructus: qui futurum regem
incorrupte sancteque nutriri iubet: & macedonis
Philippi preclarum imitatus exemplum qui Alex-
andrum filium Aristoteli etatis sue philosopho
perfectissimo erudiendum tradiderat. Ita ut
maiores diis gratiam de Aristotelis presentia
quam de filii ortu habuerit: ut græca quadam epistola
ad Aristotelem ipsum testatus est. Vicit autem
ea opinio apud Alphonsum: ut domi potius &
intra priuatos parietes: quam in scholarum frequētia:
et a publicis preceptoribus Ferdinadus erudiret.

uel quia tempestate hac apud Reges hic mos
inoleuit: uel quod magis reor: ut nati moribus
confuleret. fugiens eius etatis turbam et con/
suetudinem: que esset ad uitia maxime prona: &
a qua turpium factorum cause plurime extitissent.
Potior aut illi causa uiuendi scilicet honestissime
quam uel optime discendi uisa est. Hic uero in ea
etate tam tenera que ante annos animam gereret
curamque uirilem: ita sua sponte et amore sapiencie
magis quam glorie ad studium litterarum earumque artium
quas liberales uocant ferebatur. ut quod ceteris
adolescens et labor & molestia esse solet: huic
delectatio & uoluptas summa esset: illicque ut equo
optimo opus magis esset moderatore quam stimulis
Valebat memorie tenacitate: ita quidem ut et
facile perciperet: et fideliter retineret. Crebra
lectione exercebatur: optimos sibi quosque imi/
tandos deligebat: ita ut intelligeret docendi
peritus et diceret: nullum in eo nature docilis
signum deesse: nec polliceri dubitaret & asserere:
si studio ut coepat inuigilaret in eum euasurum
oratorem quem nunquam uidisset Antonius aut me/
minisset Cicero. Tanta ipsius ingenii uis erat:
ut post Epotos dulces nec insuauis grammatice
fontes: uariis diuersisque disciplinis operam daret:

eumq; posses modo Rhetorem nunc logicum:
post philosophum appellare. Quiq; in ea etate
tam adolescenti et publice orare auderet: & cū
summīs probatissimisque philosophis disputare &
arguere. Memoria etiā Arithmetica et iuris ciui-
lis icia post syllogismos non nunq̄ agitabat et
acuebat ingenium. quę quidem omnia p̄fecto
consumatoq; oratori necessaria nouerat: et ex
his multis fieri suauitatē illam orationis ab ora-
tore: ut ab apibus uario florū ac sucorū genere
mellis illum imitabilem humane rationi saporē.
Eloquentię maxime studiosus erat: utpote eius
rei et discipline quę ad futurum Regē maxime
pertineret. qua sane usi essent cōditores urbiū:
et legumlatores et qui p̄cepta beneuiuendi
tradidissent quaq; deus parens mundi & rerum
fabricator hominem a bellis separasset. quia
plebis seditionem iuxta Anienem Valerius ex-
tinxisset: Cynnanos Marianosq; gladios Anto-
nius quasi obstupefactos cōtinuisset. Pisistratus
monarchiam Athenarum obtinuisset. Cedi qđ
tamen supfluo dico eum haud unq̄ a p̄ceptore
opus fuit. Illustrē enī animū generosū & regiū
in cūctis p̄ se ferebat: nec nisi seruiles illibera-
lesq; pueros loro castigari solere aniaduertimus.

Adde quod præceptoris dicto audiēs in cūctis
semp̄ erat: illūq̄ nō minus q̄ studia aut parentē
amabat. Eum enim non corporis sed mentis &
animi parentem non ignorabat: quantūq̄ et
Alexander ille magnus Aristoteli et Nero Se-
necę: et Achilles centauro detulissent scire sese
re magis & exēplo q̄ uerbis edocebat. Ita factū
est: ut hoc tanto ad studia amore: ad p̄ceptorē
pietate breui doctissimus adolescens euaderet:
litterisq̄ et moribus anteferretur ei nemo: pes
pauci putarentur. Excolebat his præclarissimis
artibus et disciplinis mentem suam ingenuus &
regius adolescens: nihilq̄ uirtuti sciētię bonisq̄
moribus ante ponebat. At ne forte putares. B.
pater in etate adolescenti præter naturā omnia
fuisse seuera et senilia: nihilq̄ aut iocundū aut
iuuenile: fuere quidem in eo multa iuuenilia:
eaq̄ cum summa parcitate et moderatione. Pu-
erile uero nihil in eo a quoquam uisum est. Ve-
nabatur interdū ut ait Isocrates. τὰς ἀδονὰς μετρί-
ως. — id est uoluptates cum gloria
idq̄ potius ad corporis exercitationē: uirtutisq̄
et studii recreationem q̄ animi eneruationem.
Canes ad uenationem alere: regiis auibus Rex
ipse futurus delectari. acres equos cursu saltūq̄

fatigare : paleſtram cum equalibus nōnunquā exercere . Armatus ſepe in ſciomachia ut alter Aſcanius ludebat : Vt cauſa opus eſſet uerum certamen in acie non perhorreſceret. Nec militiā dedecori eſſe ſtudioſo uiro et palladi dicato putabat . Aiebat enim Palladem quoqꝫ armatā cum Gorgone Fgideqꝫ pingi . Et ceſarem : Pompeium : Catonem : Scipionem alioſqꝫ plurimos Imperatores et Reges : poſt litterarum ſtudia militaſſe . Non nunqꝫ etiam Alexandrum dum pyla luderet imitabatur : et Scenolam dū alee calculiſqꝫ uacaret . Muſicen etiam haud dedignabatur diſcere : quam apud priſcos ueterēſqꝫ ſūmę uenerationi fuiſſe legebat . Quam Thymagenes omnium ſtudiorum antiquiſſimam fuiſſe affirmaret : quam Plato civili uiro neceſſariam duceret : et Lycurgus : ad tolerandos facilius labores a natura nobis muneri datam diceret . Huiuſcemodi non in honeſtis uoluptatibus corpus exercebat prudētiſſimus adoleſcens : ſtudia recreabat . Alterū quidem ne ſitu ocioqꝫ nimio corpus tabeſceret : alterum ne in ſtudiorū odiū mens aſſiduitate tanta ueniret . Non triſtis aut demiſſus : at letus iocundusqꝫ erat & eadē fere ſemper ut Socrates facie perſeuerabat . Riſu

modestissimo nec in urbanis salibus sotios plerumque
oblectabat: tristisque affectus tam suos quam aliorum
si qui erant dissoluebat. Catullique dictum euitabat
quo illos mordet et carpit: qui nullam salis mi-
cam id est nihil urbanum ridiculumque habent in
corpore. Facetusque magis in cunctis ut Demo-
sthenes quam dicax erat. cum alterum in narrando
alterum in agendo ut Cicero ait consistat. Nec
adeo tamen aut his aut illis uacabat: ut tertium
hoc est in deum parentesque pietatem aut obliui-
sceretur aut pretermitteret. Oracula & diuina
precepta pro uirili parte obseruare nitebant: ut
quicquid peccaret fragilitati potius et imbecil-
litati adolescentie dari possit: quam aut malicie aut
iniquitati. Statim enim ut quippiam admiserat:
in se ipsum seuerus censor accelerata confessione
maculas omnes reatusque expiabat. Missam nunquam
occupationibus ullis negotiisque aut propriis aut
familiaribus intermisit: neque etiam cum egritudine
aliqua aut morbo detineretur: quam flexo poplite
paterno exemplo integram semper auscultabat
Diue et intemerate uirgini Marie officium omne
singulis diebus persoluebat: sibique hanc pre omni-
bus celitibus peculiarem patronam delegerat. Illi
uouebat illi supplicabat: illi totum sese dediderat

Quoq; ardentiori eā cultu ueneraret: & p̄cibus
frequentioribus supplicaret domiciliū sibi cum
seorsum a parente habitaret: apud templū no/
mini eius dicatum quod Neapoli fundatū coro/
natam uocāt delegerat. Parenti uero post deū
eam pietatem reuerentiāq; exhibuit: quam aut
nulli: aut per pauci hoc tempore liberi. Sera
illi semper et tarda imperia paterna fuere: dum
prudētia et celeritate ea p̄uideret atq; p̄ageret
Nūq; añ patrē uel sedit: uel uelato capite stetit
. Nunq; nisi requisitus et per pauca uerba
coram maiestate regia locutus est. Misericors
in pauperes ultra modum: et omni petenti se
iuxta dominicā sententiam tribuens: nulli ne/
gans. Ad quam quidem misericordiā cū natura
sua miti et mansueta ferebatur: tum paterno
exemplo accendebatur Alphonsus enim mirum
pietatis ac misericordię exemplū omni x̄uo fuit.
Qui quoq; ueneris die qua x̄pus noster passus
est coacta in atrium non modica pauperū mul/
titudine illos pascere: illis regiis manibus mini/
strare: pastoq; non nisi p̄stita eleemosyna de/
osculataq; manu remittere humilitatē sane x̄pi
erga discipulos imitatus. Consueuerat etiā rex
ille diuinus singulis annis tot conuestire nudos.

quot quot ad etatem suā anni accessissent. Quę
omnia studiosus puer cum obseruaret diligēter
externis domesticisq; exēplis in dies formabat.
quis et hoc quod sequit̄ non nisi iurato credat:
ī regia deliciosaq; domo absq; delitiis ullis regiū
puerum fuisse. Non in quam luxu adolescētīā
soluit. Mollem educationem quę neruos mētis
et corporis frangit haud amplexus est. Non
purpura nō cocco non cōchilio usus in cōuiuio
parcus modestissimusq; : qui nil turpe aut scur/
rile in eo dici: nil lasciuū cantari pateretur: eaq;
uerba delitiis magis Alexandrinis transmittēda
q̄ latius admiscenda diceret. A emulabatur ue/
terum potius Romanorū frugalitatē: mēsulāq;
Fabritii et Papi salinum patellāq; q̄ egyptiacę
Cleopatře luxuriam: q̄ Didonis tyriorūq; super
bissimos apparatus. quos poeta uituperando
magis q̄ laudando descripsit dicens.

At domus interea regali splendida luxu
Instruitur: mediisq; parant conuiuia tectis.
Arte laborate uestes: ostroq; superbo.
Ingens argentum mensis: cęlataq; in auro
Fortia facta patrū: series longissima rerum
Per tot ducta uiros ātiqua ab origine gētis.
Tenuiter parce ac duriter uitam ut alter epami

nūdas agebat . Timebat enim ne ingeniū quod
studiis litterisq; dicauerat nimio cibo potuq;
obrueret: corpusq; qđ militię reseruabat ener/
uaret. Nō enim ignorabat Hānibali exercituq;
eius quantum Capuę luxus opiparacq; conuiuia
nocuissent . Sese igitur ut de Achilli aiunt me/
dullis ossium ad parandum robur magis alebat:
et ut Hercules ociosus esse nunq̄ poterat. Vinū
potius libabat gustabatq; q̄ biberet . In cunctis
deniq; uerecundus adeo parcus et temperans :
ut eo pudore nemo nec temperantia esset mo/
deratior . Sic constantiam modestiā equitatēq;
in ipsa adolescentia prese tulit : ut mendacium
uel fallax uel iocosum nec in deum quippiam
intemperantius dictum : nec fraudem uel ioco
probare posset . Ea tandem humanitate in oēs
erat: ut facile omnibus cōstare posset eum prin/
cipem ciuitatis post parentis fata futurū . Hęc
de ipsius adolescentia a me dicta satis esse puto:
Ut in etate grandiori uixerit : iam scribere ag/
grediar : Annum agens ut opinor sextūdecimū
Ferdinandus succrescente pariter cum etate
prudentia et grauitate regni primogenitus et
Calabrię dux a parente creatus est. Cui statim
ut iam sine dubio Regi futuro proceres regni

cunctiq; ciuitatis nobiles ac patritii homagium
fidei seruitutisq; prestiterere. Quo facto uxore
protinus duxit Isabellam de francoru prosapia
illustrissima neptem alumnâq; inclytam. M. ue/
teris illustrissimeq; regine Lâcilagi regis uxoris.
Que corporis animiq; prestantia : Portias Iulias.
Cornelias Lucretiasq; referret: Has uero nup/
tias pro regia dignitate et debita sanctitate in
castello quod Capua ne uocant celebrauit. Ad
illas enim ut par erat principes omnes cõuicini
duces et proceres Appulie : Calabrię: necnon
Matrone dignissime totius Sicilię gratulantes
conuenere. Omitto et legatiões externas que
pariter cum muneribus pro uetustissima cõsue/
tudine plurime confluxere. Hymeneũq; sollem
nem pro eo tempore concelebrarunt. Illis uero
nuptiis celebritatis plurimũ alacritatisq; abstulit
mortis nuntius interueniens. Eodem enim fere
tempore Portugallensis regina diui Alphonsi
soror mortua nuntiata est. Ex ea duo de uiginti
annos natus liberos suscepit: haud quã parẽtũ
dissimiles. Inter quos Alfonsus primogenitus
aucto nomine uirtutem quoq; in multis auitam
pre se fert. Vir acris ingenii manu fortis & con
siliis plenus: rei militaris laude nominatissimus:

bello paciꝫ pro tempore accommodatissimus .
Huius ego ortu nataliꝫ ad colligenda solita mu-
nuscula a principibus regiis natalibus debita et
consueta que quidem munera Siculi fasciolam
uocant in Appuliam concessi . Secunda illi nata
est Leonora foemina illustrissima omni uirtutū
genere que foemineum sexum condeceant or-
natissima . quam si ad Palladias artes mouere
manum uideas: eam sub Palladis uel Arachnes
disciplina fuisse uires . Si loquentem audias :
elegancia sermonis obstupefactus orare magis
illam dicas q̄ loqui . Ea cum præter hęc uirilem
animum sub foeminea specie gerat : ut Amesia
illa Romana que causam suā corā Lutio Titio
p̄tore maximo populi cōcursu egit: androgyne
appellari posset . Huic tertius accessit Foederi-
cus equestris ordinis uir præstās corpore animo
ingenuus: ad omnes res aptus et fortis non in-
disertus : liberalis : splendidus: affabilis blādus
quartus natus est Ioānes Protonotarius uir sane
dignissimus : quem ioco dixerim ab Appolline
musiꝫ inter sacros colles fontesꝫ diuinos Am-
brofia et nectare nutritū . Ita uir ille ad litteras:
ad scientiam: ad eloquentiā natus uidetur . Nō
mentiri me Beatissime pater hoc loco testis es:

qui nuper eum legatum nouellū ab illustrissimo
parente ad. S. tuā missum non mediocri honore
suscepisti : miratus iuuenis elegātiā facundiā
et grauitatem . Hic præter fratres omnes solus
in seruiēdi acumini ingenii magis studiosus fuit
q̃ corporis firmitati. Illi enim militie : hic musis
uacare instituit . Quinta Beatrix adolescētula &
uirtute et forma pulcherrima haud indigna eo
carmine poetico : et diuina uoce . O uirgo dig
na Ioue tuoque beatum nescio quē factura toro.
Sextus Franciscus bonę indolis adolescens : qui
paternam uirtutem etiam in teneris ānis præ se
fert. Illustri natoꝝ corona inclytus Ferdinādus
etiam ante q̃ regnum consequerēt ornatus erat
Quos infantulos adhuc dum colludentes diuus
Alfonsus nonnunq̃ cerneret mirum immodum
delectabatur interdūq̃ hunc et alterum sinu fo
uēs gratis nepotulis dulcissima oscula delibabat
At Ferdinādus iam pene in regni partē assump
tus et curam animum coepit erigere : omiſſis
quęcunq̃ adolenscentię et iuuentutis esse solēt :
in uirum totus mutatus est . In eo tamen semp̃
quę illi erat ingenita cum summa fuit humani/
tas : tum mira comitas : ut nemo tam humilis
esset. cui non ad eā aditus pateret. Nihil supbe

respondebat : nihil crudeliter imperabat. Totū
deniq; se quasi rei .p. dedit : diligentius amicis
fameq; deseruiens. Iamq; sine eo nulla res maior
a parente gerebatur . Celeriter enim quicquid
opus esset reperiēbat : neq; minus in rebus ge/
rendis promptusq; excogitandis erat . De instā
tibus uerissime iudicabat : & de futuris callidif
sime coniciebat . Non minorem ipse curam in
alēdis educādisq; liberis sancte:pie: atq; optime
exhibuit : q̄ in se ipso a parēte exhibitā nouerat
Hunc Marti ad militiam:illum Minerue ad sci
entiam:alium Mercurio ad rei .p. curā dicabat.
Ut ut cuiusq; ingenium docile : come: aptum:
ad artes quasq; optimas nouerat : ita quenq; in
stituebat. Neminē ociosum aut desidē sinebat.
quosq; ad laborem:industriam:et paciētiā que
duris ut ait poēta Lucanus gaudet:et ad gloriā
postremo Alcide exemplo inuitabat . Id sepe
sepiusq; repetens quod Euander rex ad pallātē.
Disce puer uirtutem ex me : uerūq; laborem.
fortunam ex aliis . Pręter uirtutem:gloriā:bonā
honestāq; famam : in uita hac expetendum nihil
rationibus exemplisq; docebat Voluptatē quam
ipse nunq; amauerat detestabatur : nullāq; hac
foediorē pestē mortale genus inuasisse Archite

sentētia arguebat. Ita paternis monitis exēplisq̄
instructi illustres adolescētes certatī in dies tāq̄
equi optimi ad tube clangorem ad glorię uirtu
tisq̄ palmā accendebant. Tantūq̄ in p̄discēdis
uirtutibus: fugiendisq̄ uitiis laborabant: quantā
unius laudem et gloriam: alterius infamiam et
uituperationē intelligebant. Illi quoq̄ etati suas
uoluptates honestasq̄ delectationes dabat: ta
lesq̄ quales regios pueros et adolescentes dece
ret. Ita deniq̄ totam domum suam instituerat:
ut dum in ea miram concordiam et pacem: uite
sāctitatē: moꝝ honestatē cernis: eā potius sacrā
edem dicas q̄ regiam domum. Prudentia et sa
pientia tanta inclyti Ferdinandi incredibile est
q̄ diuus Alphonsus gauderet. Dum enī illi iam
tuto regni partem cōmitteret: senectutē que
magisq̄ negocium desyderat quietius agebat:
et iam ingruentē mortem detrectasset: securus
q̄ bonę arboris stirpem post se relinqueret. Ut
uero illius diuinę prudentie et fortitudinis pe
riculū aliquod uiuens et sup̄stes adhuc faceret:
cum occultum bellum Tuscia moliri diceretur:
sūmo eum cum exercitu equitū peditūq̄ misit.
Qua in re prudēter adeo fortiterq̄ se gessit: ut
aduentu suo tumultum omnem uel uerum uel

sedauerit: famāq; omnē belli sopiuerit. Mirata
illum est tota Tūlcia: non tam rerum gestarum
quę nullę erant uel numero uel magnitudine: q̄
rei militaris disciplina. Talis enī dux erat: qualē
posses non ętatis suę sed ueteribus illis impera
toribus comparare. Maior animo q̄ corpore:
formaq; imperatoria: ut ipso aspectu cuius in/
uiceret sui admirationē. Haud multo post tēpo
re decedēte diuo Alphōso inclytus Ferdinādus
septimum et uigesimū ut reor annum agens in
regnum a parente relictum: magno omnium
cōsensu successit: solita humanitate benignitate
et clementia etiam inimicis pergratus qui a pa
rente acceptā gloriā ut latius inferius exponē
multis auxit uirtutibus. Primo et altero anno
regnū sūma cum pace et trāquillitate obtinuit.
Cumq; suę magnanimitatis et uirtutis fama per
uolat: Pio secundo Pontifici Max. haud iniquū
uisum est p̄merenti regi aureā coronā mittere.
Ad quod opus delectus ē Latinus Vrsinus Car
dinalis Legati alatere munere fungens. Berleti
igitur oppido appulię haud ignobili multa cum
celebritate et unctus et coronatus est. Quo tē
pore sūmę magnanimitatis liberalitatisq; reliqt
exemplum inclytus Ferdinandus, lactā enim

monetam per populos qui ad celebre sollennēq;
spectaculum frequētes cōuenerant sparsit: triū-
phaliq; curru qui eleuātoꝝ loco niueis trahaba-
tur equis p̄ oppidum uectus est: Hoc nō tam
ueteres illos Romanorum Imperatores imitari
gestiens: quibus deuictis cēsisq; hostibus in ur-
bem cum uictoria redeuntibus triumphus de-
cernebatur: q̄ ne parētis dissimilis esset: patrięq;
sue decus huiuscemodi noua triūphandi gloria
excelsius fieret. Diuus enim Alphonsus uiginti
annis oppugnata[m] obsessamq; Neapolim cum
tandem expugnasset: hostiūq; omnem exercitū
partim fugasset: partim cecidisset triumphans
urbē ingressus est. Coronatus autē Ferdinādus
in inuidiam multorum maximeq; suorum statim
incidit. Quod sane nulla alia de causa a fortuna
immo a deo permissum arbitror: q̄ ut uirtus re-
gia que in aduersis elucere magis consueuit om-
nem orbem illustraret. Camillum enim exilium
illustriorem fecit: q̄ Veiorum expugnatio. &
Aristides sceuis et ingratis Athenis extrusus
patientia sua clarior apparuit. Sic Aeneas sic
Hercules iuuenis sceuitia durisq; imperiis maio-
res facti. Bellum igitur ab inimicis cognatorūq;
nōnullis. Nemo enim Aragonię stirpis pditiōis

aliquando suspicionē laborauit: in inclytū Fer/
dinandum atrox terra marique infertur: accitis
in auxiliū Rainerio duce filioque Iohāne. Nouel
lus Rex licet hostibus impar uiribus animo tñ
superior erat: seque ut poterat classe exercituque
tuebatur. Amissa autem Appulia Calabria et
parte regni maxima suorum multi desperatis
animis de imperio actum credidere. Quos ille
semper intrepidus et uultu spem simulās ardēti
oratione adhortabatur non formidare: affirmās
geri bella animis magisque multitudinē. Sic Ro
manos tot bellis ab Hannibale fatigatos exhau
stosque nunquam succubuisse: tandemque acrem poenū
a magnanimo adolcente Scipione superatū. Sic
Camillum Gallos innumeros post incensam ur
bem parua manu ad internationē cecidisse: nec
tantę cladis solum nuntium supfuisse. Sic Xerxē
cuius exercitū equitū peditūque uix terra capet
nauitūque multitudinē uix mare teneret ad inua
dendam gręciā temere proficiscentē Themisto
dis animo cōsilio et prudētia superatū. Sic tadē
parentē Alphonsū geminosque patruos regno
pulsos: captiuosque animis nulquam cadētibus regnū
recuperasse. Nondum sese in eam tam tristem
acerbāque fortunā incidisse: quod regnū amisisset

quod captiuus traheret ut illi . Quare nullo mō
desperandū esse: sed usq; ad extrema semper au
dendum . Huiuscemodi oratione trepidantes
lapsosq; suorum animos erexit firmavitq;: quod
sepius a Cēsare Pompeio Alexādro ueteribusq;
illis Imperatoribus factitatū tali fortuna memi
nerat. Pręclarū inuicte uirtutis eius factum hoc
loco referendū est . Cum apud Thianā ciuitatē
utreq; hinc et inde acies armateq; constitissent:
ad singulare colloquium extra aciem ab hoste
uocatus haud dissimulauit formidine: licet pru
dentia sua paratas sibi aliquas premeditaretur
insidias . Solus loqui cum solo noluit: Sed ut
quisq; secum duos uel Comites uel testes addu
ceret constituerunt . Statuto loco utriq; ad col
loquendū non omnino armati egrediunt. Nec
dum sermonē coeperant: cum alter eorū quos
secum hostis duxerat: uenenata sica prius in ba
benas altera manu iniecta Ferdinandū appetit.
Ut uel leuissimo uulnere percussus: ui pestiferi
ueneni repēte moreret. Tunc patefactis insidiis
nequaq; rex territus: sed ut leo magis irritatus
euaginato ense in pfidos irruit: omnesq; in fugā
conuertit: et per medios hostes securus tanti
uulneris ad suos rediit . Tam premissa oratione

quæ tanta regis fortitudine elati militum animi ad
uictorię spem eriguntur: breuique agente deo ex
hostibus triumphum reportant. Recuperato igitur
quicquid amiserat: et regni sede firmata fines
non solum suos tutatus est: uerum etiam illos
produxit et ampliores prudentia: uirtute ac
fortitudine sua reddidit. Maiorem etiam thesaurum
quæ a parente acceperat belloque amiserat recupe-
ratum ea uictoria fecit. Ita modico tempore
preter omnium opinionem potentissimus rex &
fortissimus factus: potentię suę famam per omnem
orbem ad Barbaras usque gentes nationesque diffu-
dit. Videturque illum etiam fortuna expauescere
primo congressu uicta et superata. Quod ulli re-
gum superiorum contigisse abhinc centesimo ut
creditur anno memoria nulla est. Parto regno
sublatisque de medio seditionis et proditiõis au-
ctoribus ut pacem hanc diutius seruaret diuina
quadam sapientia et sagacitate consilii: omnes
pene Italię principes ducesque partim in foedus
secum amicitiamque conciuit: partim in affinitatem
attraxit. Iamque Pius secundus pontifex Max.
cuius fuerat munere et benignitate unctus co-
ronatusque ipsius filiam Mariam nepoti suo Antonio
Piccolomineo in matrimonium tradidit. Ita ut

est hoc tempore abs te .B. pater & sapiētissime
et prudentissime factū. Subsecute et paulopost
sunt Alphonsi primogeniti Calabrię Ducis : et
Hippolyte inclyte Francisci Sphortiadę ligurę
ducis filię . Cuius quidem Hippolyte uarię lau
des ac multiplices alienęq; ab his : quas hodie
foemineus sexus habet : dilatandę magisq; per
stringendę sunt . Pręter enim egregiam formā
et uenustatem auream qua Helenam Argiuam
equiperat . Pręter uerecundiam pudicitia ho
nestatē q; Hermyonem electręq; anteit . Pręter
artes Palladias qbus uix ipi Palladi cedit : gręcę
quoq; latinęq; linguę disertissima est : et profa
oratione et uersu promptissima . Quę dum apud
Pium secundum pōtificem Maximū superiorē
tuum Mantuę concilium celebrantem a parēte
ducta perorasset : pontificis tanti preconio lau
datissima discessit . Extant utriusq; oratuincule
ornatissime : extāt Hippolyte diuę laudes : qbus
illa letatur et gaudet tanq; Hector Neuianus
utpote uiri laudatissimi maximi ac eloquētissimi
Cogitāti mihi cui matronarū ueterū serenissimā
foeminam compararem : nulla pręter Leliā illam
Antonii socrum occurrit . Quam cum loquentē
audiret : fatetur Antonius uisum sibi uel Plautū

uel Neuium loqui . Fortunatissimam dixerim
Aragonie domum que cum tropheis multis illu-
strissima sit: talem meruit hoc tempore matronam
possidere : que illam redderet illustriorem . Felix
inclytus Ferdinandus : qui tali hinc Leonora
filia omni uirtutum genere ornatissima: hinc nuru
Hyppolyta . laudatissima decoratus est . Quarum
quidem exemplis et institutis preclarissimis : altera
filia Beatrix adolescentula suavis ingenii institui
poterit non mediocriter et informari . Eoelix
et Alphonsus Calabrie Dux coniuge tanta orna-
tus . Eoelix thalamus : foelix thorus : que tanti
uirtutum flores adornant . Mira sunt celebritate
huius Hippolyte & Alphonsi ducis ab inclyto
Ferdinando celebrate . Non enim tam Duces
principesque clarissimi : quam matronam illustrissimam li-
gurie ac totius Sicilie defuere . Que uestium or-
natu : & gemarum splendore corusce : solis luci
concertare uidebantur . Hinc apparatusissima con-
uiuia ciborum uarietate referta : hinc quotidiani
et diuersi per urbem ludi : choree triumpho: ue-
nationesque mensem fere continuum celebrate .
Omniaque pro regis modestia innata summa cum
honestate et pudore . Spectaculaque potius uir-
tutis et magnanimitatis quam lasciuie et uoluptatis

Difficile uero iudicium est Beatissime pater qui nuptialis triumphus celebrior extiterit. Hic ne diuę Hippolyte et Alphonsi ducis Calabriae ab inclyto Ferdinando concelebratus: an ille parentis diui Alphonsi: dum neptem suā Portugallensis Regis filiam Diuo Cęsari Federico quarto nuptum tradidit. Tanta enim tunc Alphonsi liberalitas magnanimitasq; ab omnibus conspecta est: quantā ętas nostra nec uidi t nec audiuit. Conuenerant ad eas nuptias cū Imperatore innumerī Germanię duces principes ac proceres. Cum Alphonso et noua nupta Aragonia Catalonia uniuersaq; pene Sicilia cōfluxisse uisa est. Quos omnes diuus Alphōsus humanissime liberalissimeq; excepit: omnes suo sumptu per mensem pene aluit: omnes ueste ornatissima texit. Tunc publica hospitia omnibus patuere Nobiles ignobilesq; gratis pasti. Id poeticum carmen haud omnino poetice canere possum. Flumina tunc lactis: tunc flumina nectaris ibāt. Fontes enim plurimi per urbem qui natura mutata uinum funderent erecti. Composite per plateas mense. Mira edita spectacula: nec quę lasciuia uoluptatēq; sed quę pietatē religionēq; prę se ferrent. Vt enim Christus noster passus

crucifixus mortuus sepultusq; esset ac resurrexisset : et celos tandē relictis terris penetrasset : hęc omnia mira arte ingenioq; Dedalici Alfonsi fabri artificesq; imitati sunt . Omitto ceteros uariosq; arene & circi ludos palestras sciomachias : que omnia sunt illis nuptiis celebrata . Venationes etiam leporum caprearum ceruorum : necnon urforum aprorūq; & uariarum aliarum ferarū actę . Et regię aues in phasidas libycasq; uolucres emisse . Hęc omnia cum maxima et ornatissima essent : non multo tamen inferiora eis inclytus Ferdinandus nuptiis suis gessit . Si qd tamē est a parente superatus : quod utiq; fateri necesse est : id omne sibi ad gloriam ornatūq; accessit . At iam ommissis nuptiis Beatissime pater quas Sanctitatis tuę ad regis magnanimitatem ostendendam narraui : ad ipsius inclyti Ferdinandi uirtutis orationem reuocabo : que quidē crescente etate succreuerit : & imperfecto iam uiro perfecte ac consumate inueniuntur .

Regē ait Plato ut uultu ac gestu omni corpis decet grauitatem summam maiestatemq; pferre : ita equum esse in eo genus omne uirtutis reperiri : quas contemplantes imitentur : & sordes proprias maculasq; ut ī speculo cognitas abluāt

et abstergant. Siquis est tēpestate nostra rerū:
qui ad hanc Platonis sententiam accedat: hic
profecto inclytus Ferdinandus est. Qui præter
scientiam rei militaris: quę in eo tanta est: ut
belli nullum genus esse possit non ciuile: non ser
uile: non nauale: non terrestre: quod ignoret:
utpote in his omnibus ab ipsa fortuna exercita/
tissimus: ita reliquis quoq; uirtutibus pollet:
prudentia: iustitia: fortitudine: temperantia.
Vt cum fortuna multos absq; uirtute attollat:
hunc sine fortuna uirtus sola ad regiam proue/
xisse uideatur. Qua enim alia in re maior ipsius
prudentia apparere potuit: calliditas: ratio:
consilium: circumspectio: q̄ amissum regnū nō
solum recuperasse: sed etiam ampliasse? q̄ oēs
pene Italię principes ut prescripsi partim in ami
citiā: partim in affinitatē attraxisse? Maxima
etiā hac in re sapientia: maxima prudentia usus
est. ut tanq̄ Pallas altera mirum immodum in/
geniis fauens parentis exēplo quem in cunctis
imitari studet: in aula sua et regia uiros partim
eruditissimos partim optimos religiosissimosq;
multa ut gręci dicunt *τιμὴν ἢ τιμῆν* id est ho
nore et pretio amplexetur et foueat: quibus
quidem inconsultis nefas putat agere, quippiā.

Huiuscemodi enim uiris fulciri regnum suum
firmariq; haud temere Platonis sentētia credit.
qui bene Regi res publicas putabat cum illas
philosophi regerent. Horum consuetudine et
doctrina doctior indies prudētior ac sapientior
fit. Cūq; memoria tenacissimus sit: quā quidē
primam prudentiē partem philosophi ponunt:
ut tanq; Mithridates alter omnia suorū nomina
cuiū teneat: pręterita recordetur quę uiderit
uel audiuerit semel: de pręsentibus futurisq; nō
nisi optime consultare semper potest. Non nisi
fideles nouit hic consiliarios: falsos qui pro cō
silio adulationes afferre consueuerunt: ex quo
ut ait Tullius innumerabilia peccata eueniunt:
cum homines inflati opinionibus turpiter irri
dentus: a se fugat: abiicit: et ignorat. Quod
sane maximum regni robur est Aristotelis sen
tentia. Cum autem in republica consultandum
quippiā est: ea duo Platonis pręcepta ex amul
sim seruat. Sic enim primo utilitatem ciuium
tuetur: ut quicquid agat ad eam referat: suorū
omnino cōmodorum oblitus. Secundo totum
reipublice corpus sic procurat ut nullū deserat:
nec aliū alio magis tueat. In gubernanda domo
et familia quam Oeconomicen uocāt a senibus

magis ad domorum ianuas sedentibus ut ait
Tullius quod ab ipsis Philosophis discere gaudet.
Tanquam prudenter sapienter et moderate omnes
regit: ut cuncti in ea regia pacem otium et tran-
quillitatem summam agant. Sic quoque appetitus
inordinatos quos in se senserit ratione moderat
et regit: ut optime illum scire intelligas nihil cum
his uel laudabile uel rectum agi aut statui posse.
Sic uitia e mente eruit: tanquam ex agro colendo spinas
et tribulos. Ut enim hec iacta semina suffocant:
sic illa pululantes uirtutes eradicant. Et militari
prudentia quantum polleat: cum multae orae multae
exterae gentes ac nationes multa maria multi si-
nus: et portus testes sint. Tum maxime Sicilia
testis esse potest: quam infinitis cunctam peri-
culis magnis hostium copiis obsessam non terrore
belli sed celeritate consilii explicauit: eorumque
ipso sanguine liberauit. Omissa prudentia: de
qua satis dictum iam puto: secundum in locum
iustitia succedet. Quae ita sese ex omnibus par-
tibus reuelat et aperit: ut nihil magis colere
fouere: inclytus Ferdinandus uideatur. Quem
enim iustissimus sit: ipsius gratitudo et summa
liberalitas in omnes presertimque in eos qui de se
benemeriti aliquando fuissent: ostendit. Coronatus

enim a Pio secundo pont. Max. post traditam
filiam nepotem ipsius suūq; generum Melphe/
tanum Ducē creauit : secundūq; Brutioꝝ regē
statuit : quę illi omnia non uti genero : sed ut
benemerenti cōtulit. A Francisco quoq; Sphor/
tiade Ligurum duce cum aliquando beneficis
esset affectus : haud ingrātū sese postea in filiū
prębuit. Multis enim pręliis illum adiuuit : et
ab hostibus tutatus est. Insuper diuam Hippo/
lyten non tam quia nurus sed quia Sphortiadę
filia est : sic amat : fouet et amplectitur : ut post
se Reginā illam futuram et polliceatur plerūq;
et spondeat. Et Iohannem patrum inclytum
Aragonie regem aduersum Barcelлонenses qui
in se rebellauerant nunq̄ opibus auxiliōq; tam
nauali q̄ terrestri adiuuare destituit. Trinacriāq;
illi subiectam quam quottidie Barbari pirateq;
inuaderent cōmeatibus multis muniebat. Utq;
et amicus esset sibi amicissimos dereliquit : sacras
potius affinitates conseruare eligens q̄ iustas
amititias. In suos etiam munificentissimum se
pręstitit. in eosq; pręsertim : quorum et amor
et fides erga se in multis perspecta esset & cog/
nita. Sic enim Diomedē Garaphiū ex priuato
equite ob perspectam in omnibus fidem ipsius

singularē uirtutēq; eximiā extulit. ut Mattaloni Comes factus: amplissimum etiam locum apud regem teneat. Sic et honoratum Caietanum Comitem fundanum antiquissimum Aragonie domus hospitem ac fidelissimum unacum filiis in amplissimos dignitatis gradus euexit: Alios plerisque a parente diuo Alphōso in honore ac p̄tio habitos cum uita functus honorare et ipse non potuisset in eorum filios quos p̄cipue non infideles reperiēbat liberalitatem suam extendit. ut Cesar alter: qui cum Catonis mortem ingenuisset: et illius fortunę inuidisset patrimonium omne filio incolume seruauit et auxit. Omitto reliquos pene infinitos gratitudinis sue et liberalitatis tubicines ac precones. Ut si qui sūt qui magnanimitati sue detrahant hi potius inuidi q̄ qui laudant adultores habendi sunt. Accedit ad hāc ipsius tantam liberalitatē et gratitudinē seueritas summa misericordia et pietas. In iudiciis nanq; suis se uere adeo se habet: ut iuxta ipsius uocabull uel deriuationem uel ethymologiam uerum in cunctis sequatur: nec ab ipso possit non secus ac minos et Rhadamanthus uel p̄ce uel p̄tio deduci. Qui nullius iracūdiā nullius ūmicitiam: nullius similtatē pro eq̄tate

ueretur. Quis pro iustitia filii mortem ut Torquatus possit siccis oculis et impare & intueri. Nulli solum iniuriam ipse faciens sed neque fieri dum prohibere potest permittens. Nulli ut uulpecula fraudem texens: nulli ut leo uim inferens hostes suos cum prodere dolo sepius potuisset: nunquam uoluit: Fabritii doctus exemplo. Cui cum Timochares Ambraciensis pollicitus esset se Pyrrhum ueneno si uellet per filium suum qui regis pincerna esset interfecturum restitit: legatisque missis Pyrrhum monuit: aduersus huius generis insidias cautius se gereret: Memor urbem a filio Martis conditam armis bella gerere non uenenis. Si quos erga se proditores repperit: ut lese maiestatis reos non impune dimisit: non tamen ea iustitia et seueritate qua ipsorum scelera merita essent. Misericordia uero et pietate in Christi pauperes maxime spectabilis est: quibus preter effulas et prelargas elemosynas quas ille publice priuatimque: etiam quot annis dominica coena dominico exemplo pedes abluit: tergit linteo: ore deosculatur: institutum id a pariete suscipiens. Ciuitatem quoque suam religiosorum uirorum ac mulierum coenobis infinitis referatam miro fouet affectu: illis non ut rex presidens:

sed ut patronus accerrimus diligentissimusque
subueniens. Oratorium etiam uel sacellum in
edibus habet Beatissime pater: quod cum ui/
deas auro argentoque et gemmis prefulgidum:
tapetis apparementorumque uarietatibus ornatissi/
mum: pre diues illud Salomonis templum uetu/
stissimum uidere te putes. Cumque in dei paupes
pius sit: in ipsum deum piissimus est. Nam propter
quod diuinorum omnium mandatorum obserua/
tissimus est id sepius comemoranda quod Achilles
ilie Homericus ad Palladem. *ἄρχη μὲν σφωίτερον*
τε θεὰ ἔπος ἐρύσασθαι. ὅς κ' εὖ θεοῖς ἐστὶ σέθενται
μάλα τέκλιον αὐτοῦ.

id est opus quidem tuum uerbum dea seruare.
Nam deis paruerit: et hunc dii maxime audiunt
pro sacrosancta quoque ecclesia dei preliator acer/
rimus contra Turchum assurgit. In quem cum
classem non mediocrem struxerit ut scis. B. pater
Sanctitati tue Senatuque ueneto uenerabili opere
allaturus: qui Christiane ruine subuenire con/
tenditis: etiam si iusseris ipsemet armatus ut
miles ut Imperator sumpto exercitu in profanis/
simum hostem progredietur. Est enim ardentissimus
pro republica Christiana: pro communi omnium
salute. Cui mihi bene uidetur id contigisse quod



olim Hannibali : qui ab Hamilchare parente dū
puer esset aris admotus et in odium perpetuum
Romanorum iurare compulsus perpetuo Ro/
manos ipsos persecutus est . Sic Ferdinandus
inclytus Beatissime pater cum in Calisti pontifi
catu iuuenis adhuc unacū parente diuo Alfōso
multisq; regni Ducibus ac Principibus crucis
characterem sanctum humero miro fuissent ut
in perditissimum maometum irent : ab eo tēpore
in huius canis iugulum ac perniciem quasi con/
iurasse uidetur . Quare ut imperes : ut iubeas :
eum egredi prestolat expectat . Promptissimus
est enim pro Christo Iesu ut ille pro nobis aut
extrema pati aut certe occumbere morti . Erit
hic ut opinor ut presagam mens auguratur qui
sacratissimam Hierosolymam recuperet : qui
Christi hereditatem a canibus profanissimus di/
scriptam restauret . Quod si etiā pietatis genus
est mortuorum humare cadauera Thobiāq; illū
sanctissimum hoc laudis genere omnes attollunt
hac quoq; in re piissimus extitit . Primo enim
parentem Alfonsum regem mortuum honorifi/
cētissime extulit . Quod si debito et ut optabat
non est honore prosecutus funeris pompam nō
tam negligentia aut auaritia q̄ bellorum uario

tumultu que paulopost in regnū suū exarserunt factum est . Post Isabellam reginam coniugem dulcissimam uita functam cum summo honore et dignitate sepeliendam curauit . Sic enim et regia maiestas : & matrone uirtus āplissima quā publicas meritor patefecit merebantur . Addidit et lachrymas officio funeris : quas et Christum amico Lazaro nō ignorabat exhibuisse . Ad hāc inq̄ pietatem et officium a parente diuo Alfōso excitatus : quem sciebat fratribus Petro et Henrico in acie fortissime occumbentibus : necnon sororibus Portugallensi regine et Hispanie exequias solennes Neapoli p̄stitisse : & in absentes quoq̄ piissimum fuisse . Fortitudinem uero seu corporis seu animi requiras : utraq̄ hoc in rege maxima est . Laboriosus enim et patientissimus est dum tēpus poscit . Magna et excelsa aggredi nunq̄ formidat . dura & aspera uirtutis & laudis amore sustinere non recusat . Fidens audensq̄ in cunctis : & ut Pyrrhus alter imagine patris animosus : ad omnia et magnanimus . Armata enim manu regnum perditum recuperauit : circumfidentibus hostibus se liberauit : et pro tuēda amplificādeq̄ patria : nihil laboris ac periculi ut alter Emylianus formidauit . Opes innumeras

ad honorem magis & gloriā possidet : q̄ ad aua-
ritiam et cupiditatē congerit . Hinc equos op-
timos & ī arte ferocissimos plurimos habet . hīc
celata auri et argenti uasa infinita possidet . Hinc
uaria armorum genera . Hinc naues tam longas
q̄ ornarias semper fabricat . Quę omnia ad tuē-
dos magis amicos et socios cū opus fuerit mag-
nanimitatēq̄ suam ostendendam q̄ ad opes aua-
rissime cumulandas agit . Quanta enī liberalitate
in omnes semper usus sit : et nuper in Burgūdi-
enses legatos ac nepotem tuū ducem et p̄fectū
tota Roma tota Burgundia p̄dicat . Magna-
nimus etiam in attollendis ornandisq̄ edibus .
Tot enim ac tanta in urbe sua edificia : tot oppi-
da et castella munitissima surgunt : idq̄ maxime
quod et re & nomine nouum uocant . tot coelo
ęquata palatia : ut ea nō arte hominis sed credas
manibus fabricata Cyclopum . Inter quę omnia
ea duo maxime attolluntur : maxime urbē collu-
strant primum scilicet Mattaloni alterū fūdani
Comitum . Ita renouata et suo & parētis studio
Neapolis est . ut sicuti Camillū Romę : bizātii
Constantinum . ita Neapolis Alfonso & Fer-
dinandum restauratores appellare possimus . Ig-
noscere nouit magis rex humanissimus q̄ hostes

ulcisci: cæsarea quædam animi præstantia & generositate
Cæsarem enim nouit in eos qui in se cõiurauerãt
humanitate usum non crudelitate et. L. Paulum
laudabiliorem habitum quod Persem miseratus
esset quã quã illum prostrauisset. Eum uel nunquã uel
rarissime iratum sentias: nunquã iurgiis aut male
dictis subditorũ quenquã laceffit: omnibus dulcẽ
omnibus affabilem se præstat. At temperantiã
quæ maxime regia uirtus est ita in cunctis amplec
titur et fouet: ut nihil eo homine modestius:
temperantius & continentius uideas. Nõ enim
exercitus: duces: ac principes continere sub
se posset: nisi ipse continentissimus esset: nisi se
ipsum moderari et tẽperare sciret. Sensus enĩ
omnes suos ita regit & temperat: ut oculis in
tueri audire auribus: ori edere: naribus odorare
pro suo arbitrio possit & uelit ut Cæsar alter im
perare. Cũquã auro totus et gemmis esse posset
spectabilis: pro sua moderatione ueste potius
priuata quã regia: pulloquã et nigro colore quã alio
frequẽtius utitur. Hac re. L. Valerii modesti
similis: qui superbum habitum minuere uoluit:
et ut ciuitatis conditio liberior esset imperium
suum aliquantulum destruere. In cõuiuiis uero
cum Persarum luxuriam aut Egyptiorũ equare

posset & delitiis uarietatibusq; cyborū lucillum
superare : mauult tamen Romanā frugalitatem
referre duabus mensis contentus prima carniū
secunda pomorum . Legiones exercitusq; suos
si quando in aciem bellūq; eduxit : ea disciplina
militari instruxit : ut hostes insequerentur : pa
cato nulli nocerent. Nec ab instituto cursu illū
unq; spes aliqua ad prędam reuocare potuit : ad
uoluptatem libido : ad delectationē amoenitas
ad quietem labor : non signis non tabulis non
ceteris ornamentis retardari. Quo factum est ut
etiam illum hostes ipsi non ut hominem sed ut e
celo lapsum mirarentur . Ea temperantia magi
stratus omnes gessit : et regiam nunc gerit : ut
uideatur seruire malle q̄ imperare . Tam faciles
ad eum priuatorum aditus : tam libere querele
de aliorum iniuriis sunt : ut is qui dignitate prin
cipibus excellit : facilitate infimis par esse uideat̄
Iam quam tum consilio : quantum dicendi copia
et grauitate ualeat . in quo ipso sane inest regia
tanta cum hilaritate maiestas : ut ea conspecta
Cimber possit quod de Mario lectū est gladiū
ponere et territus aufugere : cognouere legati
omnes qui eum adire potuerunt . Quę cum ita
sint Beatissime pater quis iam Ferdinādū regē

tot ornatum uirtutibus quot narraui ambigat :
dubitet felicissimum fortunatissimūq; appellare
an non diuinum potius hominem q̄ humanum
dicere . Fortunatissimum inq; dixerim cuius uo
tis omnibus uidetur fortuna ipsa respondisse .
Preter enim uirtutem auctoritatem : & rei mili
taris sciētiam : que tria imperatori ac regi cuiq;
necessaria dicunt : hic quoq; felicitatē possidet.
ut labor tantum sibi sit optare : fortunę p̄stare.
Qui si forte nonnullis aliqua minus prudenter :
queq; regiam maiestatem minime deceant in
iustitiam : fortitudinem : et temperantiam aliqñ
facere uideatur : his potissimum ita uidetur : qui
bus nulla prudentia : nulla calliditas : nulla bo
nitas inest . et ut Homerus ait quibus cordi est
non nisi . His uero qui prudentia et experiētia
multa uigent : quiq; rerum omnium callidissimi
cōiectores sunt : nihil temere : nihil imprudēter
aut dicere aut facere uidetur : at omnia cū my
sterio cum schemate sapientissime tractare . Et
Cesarem imperiti omnium et rudes carpunt : q̄
a Cleopatra Egyptiaca habitus et captus sit . Cō
tra prudentes et multarum rerum experientia
docti laudant : q̄ Egyptiacos mores lasciuia et
luxuria omni plenos experiri uoluerit : ut patrię

modestiam et frugalitatem omnibus gentibus
& nationibus disceret antequam. Sic Demosthenes
lumen illud græciæ maximum et orator omnium
primus ab indocto quidem uulgo uituperatur :
a doctis uero laudatur ; non quod Laidem meretricem
adierit : sed quod responsione sua philosophica
et oratoria omnibus patefecerit : foedum quid
et poenitentia plenum esse libidinem dicens. οὐχ
id est . Non enim mille drachmis poenitere .
Quod si tantis uiris obtrectatores non defuerunt :
haud mirum si nec Ferdinando regi defuerint : qui
illius facta censeant . Hunc ego optarem Bea-
tissime pater communi totius Christianitatis con-
sensu Imperatorem in prophanissimum Turcū
fidei nostræ inimicissimum deligi . Is enim in
quo eximia belli scientia est : singularis uirtus :
clarissima auctoritas : egregia fortuna : Asiam
omnem ex infidelium ac Barbarorum manibus
posset eripere . Is Christianam rempublicam con-
seruare et amplificare : is ex uuis nauticis & spo-
liis classium ornatus summo cum triumpho uictis
hostibus redire posset : & Italiam periculis in-
finitis oppressam liberare et tutam facere . Quod
ut mihi tibiq; pater . S. uidere contingat : immor-
talem deum rogo : tua illiusq; uita diuturna sit

194

21

ay .

et sospes. Quo summa hominis uita atq; uirtute
Christiane reipublice uti diu liceat. Nulla enim
res tanta ac tam difficilis est ut predixi: quam
non ille et consilio gerere: et integritate tueri:
et uirtute conficere possit. Nec res ulla pfecto
Sixte Beatissime adeo me ad scribendum com/
pulsit de moribus: de uirtutibus Ferdinandi re/
gis preter meum erga illum amorē obseruatiāq;
q̄ ut concernentes omnes Italię principes ipsius
tantas uirtutes: intelligerent quem regē: quem
Imperatorem ociosum relinquerent: qui omnis
Italię ppetua salus esse possit. Nec uero spe ulla
aut lucri cupiditate motus sum: ut laudem hāc
regiam per infinita uolumina meo iussu imp̄ssam
per omnem orbem spargerem. Non enim gene/
rosi ingenuiq; animi sed auari est et cupidi. At
eadē me mouit ratio Beatissime pater: quę fecit
ut tua quoq; uolumina de Christi sanguine de
potentia dei imprimi iuberem. Vt scilicet utri/
usq; nomen immortalitati cōmendarem: quibus
ego seruus essem deuotissimus. Nam cum regi
meo superiori tempore iuuenile adhuc & ualidū
corpus plerunq; exercendum obtulerim: nūcq;
etate grauiore quęq; in senium uergat ocium agā
magisq; negocium: et ut miles emeritus degam:

huius quoque ocii mei illi reddendam rationem pu-
taui : ut me nunquam sciret minus ociosum quam cum
odiosus essem . In quo sane mihi plusculum quid
fecisse uideor his qui perpetuum illi seruitium
prestant cum ego idem quod illi iuuentute mea
aliquando effecerim : nunc uero etiam etate hac
quod uel nulli uel eorum pauci nomen famamque
suam perpetue immortalitati commendare studie-
rim : et per tot uolumina spargere : per quot ante
hac nullus hominum ausus est . Non dubito autem
esse et alia plurima : que scribi a me de Ferdinā-
do Rege potuissent . Sed laborem hunc alius
quoque scriptoribus impartendum duxi : ut ha-
berent et illi unde gloriam aliquam scriptis suis
parare posset . Tantę enim sunt Ferdinādi regis
et Aragonię domus laudes tanque infinite ut om-
nibus possit tanquam latissimus campus scribendi
spatium prestare : et ut amplissima sylua materiā
uberrimam subministrare . Hęc ego pauca con-
tentus ero precinuisse : et tanquam uno clamore buc-
cinę ceteros omnes ad Martem inuitasse .

FINIS.



Epigramma ad lectorem .

Historiam quicumq; legis : uitāq; potentis
principis : ista animo p̄lege scripta pio .
Visa et uera loquor : gratā nec more poesim
fingo : nec blandis auribus ista cano .
Tantus erat uita rex & post fata canendus :
Alter qui Macedo cęsar et alter adest .
Pręsentem uolui laudare : & munere functū
Vitali : faciam carmine perpetuum .
Inuidus es quisquis meritis his laudibus obstas
Inuidus : et regis nominis hostis atrox .

MCCCCLXII .IX. die Mensis Augusti
Pont. Max. Sixti quarti anno eius primo.

Epigramma ad Iulianum

Historiam quicquid legi : nescis potentes
parcipis : illa auro prope lapsa pio
Vix et cetera loquor : gressus nec more possum
frango : nec blandis amplexibus illa cano
Iustus est mihi rex et post se candelas
Aliter quae Macedo cetera et alter adell
Præsentem volui laudare : communeret functum
Vixit : faciam carmine periculum
Iamque es quidpiam mentis bis iudicibus opibus
Iamque : et Regis nominis hostis error

MCCCLXII. IX. die Mensis Augusti
Pont. Max. Sixti quarti anno eius primo.

